dum eos ederent. Istud autem miraculum quotidie fit, et tamen nemo miratur. Augustinus: Maius miraculum est gubernatio totius mundi quam saturatio quinque millium hominum de quinque panibus et tamen hoc nemo miratur. Istud mirantur homines, non quia maius est, sed quia rarum est. Unde enim multiplicat de paucis granis segetes inde multiplicauit in manibus suis quinque panes. Potestas in Christi manibus erat, panes autem illi quinque semina erant, non quidem terre mandata, sed ab eo, qui terram fecit, multiplicata. Ideo notandum quod sunt quedam miracula, que habent tantum utilitatem, sed nullam admirationem; quia ex usu uiluerunt, sicut est mundum gubernare, segetes de terra producere, homines de muliere facere, et huiusmodi. Quedam sunt que habent admirationem, sed nullam utilitatem, sicut sunt miracula magorum, et Antichristi; sicut est per aerem uolare, statuas facere loqui, et huiusmodi. Quedam sunt, que habent admirationem, et aliquam temporalem utilitatem, sed nullam necessitatem: sicut sunt miracula malorum Christianorum, qui dicunt: Domine domine nonne in nomine tuo prophetauimus etc. (Mt., 7, 22): non enim faciunt illa ut infideles conuertantur, uel fideles in fide confirmentur, sed ut ipsi reputentur. Miracula autem, que fecit Christus et alii sancti, habent admirationem; quia fiunt preter ordinem, cursumque nature: et habent utilitatem, quia fiunt propter consolationem indigentium: et habent necessitatem, quia fiunt, quando imminet necessitas fidei, uel aliquod periculum. Tale fuit miraculum Christi, habuit enim admirationem; unde dicitur, quod illi homines cum uidissent quod fecerat signum, dicebant: Hic est uere propheta qui uenturus est in mundum. Habuit utilitatem, quia quinque millia hominum saturauit. Habuit necessitatem, quia cum illi infideles essent, ex hoc multos ad fidem conuertit. Secundo ostendit potentiam suam in hoc quod panes asperos, id est hordeaceos, in panes dulces, et suaues conuertit: **credendum est enim quod numquam fuerunt panes et pisces dulcioris saporis; et ratio potest esse, quoniam aliquid fieri potest aut per naturam, aut per artem, aut per miraculum. Id autem quod sit per naturam, melius est in eodem genere, et in eadem specie, quam illud quod fit per artificium: illud uero quod fit per miraculum, melius est, quam illud quod fit per naturam, uel per artem: Uerbi gratia Aurum alchymicum, quod fit per artificium hominis, uidetur esse pretiosum, sed aurum naturaliter radiis solaribus in terre uisceribus generatum, est pretiosus. Si uero aliquis sanctus miraculose aliquam materiam in aurum conuerteret, sicut fecit Ioannes Euangelista, illud aurum esset pretiosissimum. Cum igitur isti panes fuerunt miraculose multiplicati, manifestum est, quod fuerunt dulcioris saporis, quam aliqui alii panes; quia isti panes partim fuerunt opus nature, in quantum grana naturaliter sunt producta: et fuerunt opus artis, in quantum grana fuerunt contrita, et farina fermentata, et coquitur”.**

Según explica Varazze, las acciones sobrenaturales sobre los metales serían posibles, pero nunca como obra humana, sino como algo divino, absolutamente extraordinario y ajeno a la práctica alquímica. Para ejemplificarlo recurre a los *Hechos Apócrifos de Juan*, citados por otros autores medievales como Adán de San Víctor (†ca.1146) en uno de sus himnos, o Ricardus Anglicus en su *Correctorium alchimiae* (ca.1352-1362), siempre como materia hagiográfica²⁷.

El también dominico Hugo de Prato Florido (ca.1262-1322) utiliza la alquimia para explicar el poder transformador de Cristo en los pecadores, y particularmente en el caso de María Magdalena²⁸:

“In magna domo non solum sunt vasa aurea et argentea sed et lignea et fictilia, et quadam quidem in honorem, quadam autem in contumeliam (2. Tim.). Non est aliquis adeo in alchimia eruditus, qui de facili posset aurea et argentea facere, et hoc quotidie, sicut summus artifex efficit, cum peccatores de statu culpe ad statim gratie perducit, Maria Magdalena vas in contumeliam fuit pro statu culpe, sed vas in honorem fuit pro statu gratiae, et finaliter ut de ipsa cantatur vas gloria translata est de vase contumelia”.

Alberto Magno, a propósito de la confesión y el perdón de los pecados mediante contrición y confesión, propone diferentes absoluciones porque *“ninguna penitencia fue prescrita por el Señor a María Magdalena”* y también lo enlaza sin problemas con una cita alquímica²⁹:

²⁷ L. GAUTIER, (1894), *Oeuvres poétiques d'Adam de Saint-Victor: texte critique*, Picard, París, p. 94: *“Cum gemmarum partes fractas Solidasset, has distractas Tribuit pauperibus. Inexhaustum fert thesaurum Qui de virgis fecit aurum Gemmas de lapidibus”*. RICARDUS ANGLICUS, “Correctorium”, *Bibliotheca chemica curiosa*, II, pp. 266-275, cf. p. 272: *“...nisi miraculose fieret contra naturam, ut accidit beato Joanni, qui de virgis fecit aurum et argentum, confisus in potentia Dei, et de arena matis lapides preciosos”*. Sobre este último autor: JOSÉ RODRÍGUEZ GUERRERO, (2018), “El *Correctorium alchimiae* (ca.1352-1362) de Ricardus Anglicus y la versión de Bernardus Magnus de Tréveris”, *Azogue*, 8, n. 31. La historia original se puede leer en: ANTONIO PIÑERO; GONZALO DEL CERRO (eds.), (2004), *Hechos apócrifos de los Apóstoles. I. Hechos de Andrés, Juan y Pedro. II. Hechos de Pablo y Tomás*, BAC, Madrid, III, XVI, 902: *“Y cuando todo esto se hizo, sucedió que después el mismo ejemplo, dos honorables hombres de la ciudad de Éfeso vendieron todos sus bienes y los distribuyeron a los necesitados y siguieron al apóstol a como él pasaba por las ciudades predicando la palabra de Dios. Pero llegó a pasar, cuando entraron en la ciudad de Pérgamo, que vieron a sus sirvientes caminando en el extranjero vestidos en ropajes de seda y el resplandor de la gloria de este mundo: por lo cual ocurrió que fueron perforados con la flecha del Diablo y se entristecieron, viéndose ellos mismos pobres y vestidos con un manto mientras sus propios siervos eran poderosos y prósperos. Pero el apóstol de Cristo percibió esas tretas del Diablo, dijo: veo que han cambiado su mente y su semblante en esta cuenta, que, obedeciendo la enseñanza de mi Señor Jesucristo, ustedes han dado todo lo que tenía a los pobres. Ahora, si desean recuperar lo que anteriormente poseían de oro, plata y piedras preciosas, tráiganme algunas barras rectas, cada uno de ustedes un paquete. Y cuando lo habían hecho, él llamo el nombre de nuestro Señor Jesucristo, y se convirtieron en oro. El apóstol les dijo: tráiganme piedras pequeñas desde la orilla del mar. Y cuando lo habían hecho también, él llamo a la majestad del Señor, y todas las piedritas fueron convertidas en piedras preciosas. A continuación, el Bendito Juan se volvió a aquellos hombres y les dijo: vayan a los orfebres y joyeros durante siete días, y cuando ustedes hayan demostrado que son verdadero oro y verdaderas joyas, digan me. Y fueron, los dos de ellos y después de siete días regresaron al Apóstol, diciendo: Señor, hemos ido a todas las tiendas de todos los orfebres, y todos han dicho que nunca vieron tal oro puro. Asimismo, los joyeros han dicho lo mismo, que nunca vieron tan excelentes y preciosas piedras y excelentes”*.

²⁸ HUGO DE PRATO FLORIDO, (1617), *Sermones quadragesimales pars prima*, apud Petrum et Ioannem Belleros, Antuerpiae, p. 173.

²⁹ Ibid., Lib. IV, dist. 17, art. 55, p.750.

*“An peccata aliquando dimittantur in contritione, aliquando in confessione? Deinde quaeritur de hoc quod dicit, ibi, D, paulo post medium: “Et si non statim purgatur, fit tamen veniale, etc.” Videtur enim falsum quod dicitur: quia multi sunt, qui etiam in contritione a toto absolvuntur, et multi qui in confessione: et hujus signum est, quod Mariae Magdalenae non est injuncta aliqua poenitentia a Domino: ergo multi statim purgantur in confessione. ULTERIUS quaeritur de hoc quod dicit, quod fit veniale, quod commiserat mortale: **dicit enim Avicenna, quod sciunt artifices alchimiae species transmutari non posse: sed diversae species sunt peccati, mortale, et veniale: ergo unum non transmutatur in aliud**”.*

No es una analogía casual, ya que la repite en otras reflexiones sobre los pecados veniales y mortales³⁰:

“An veniale peccatum potest mutari in mortale peccatum? Deinde quaeritur de hoc quod dicit, ibi, B, sub finem: “Quaedam enim peccata mortalia, etc.”

CONTRA: Sciunt artifices alchimiae species transmutari non posse: sed diversae sunt species peccati, veniale et mortale: ergo unum non transmutatur in aliud.

SOLUTIO. Dicendum, quod veniale ex genere, numquam fit mortale nisi per modum supra dictum: nec mortale fit hoc modo veniale, sed mortale fit veniale ex eventu, id est venia in poena expiabile, eo quod Deus delet culpam per suam gratiam, quae facit postea solubilem reatum”.

La obra de Avicena (980-1037) aludida es el *Libro del Remedio* (ar. *Kitāb al-shifā*), que circuló por Europa con los títulos de *Liber mineralium* o *De congelatione et conglutinatione lapidum*³¹. Está dedicado a los minerales, los metales y a la relación entre operaciones naturales y artificiales en unos términos que negaban la transmutación. Los filósofos medievales contrarios a la alquimia popularizaron esta frase como adagio contra los alquimistas: “*Sciant artifices alkimie species metallorum mutare non posse*”. La intención de Alberto en su cita va en esta línea, pero aplicada a los diferentes tipos de pecados.

Sin embargo, los defensores de la alquimia reinterpretaron la frase a la luz de otros textos alquímicos pseudoepigráficos tenidos por obra auténtica de Avicena, particularmente el *De anima in arte alchimiae*, cuya doctrina defendía la posibilidad de la transmutación reduciendo del metal en su materia primera³². Alberto Magno lo comenta

³⁰ Ibid., Lib. I, dist. 35, art. 3, p. 182.

³¹ E. J. HOLMYARD & D. C. MANDEVILLE, (1927), *De congelatione et conglutinatione lapidum*, Librairie Orientaliste Paul Geuthner, París, p. 54. Sobre el carácter pseudoepigráfico del texto: CHARLES B. SCHMITT & DILWIN KNOX, (1985), *Pseudo-Aristoteles Latinus. A Guide to Latin Works Falsely Attributed to Aristotle before 1500*, Warburg Institute, Londres, cf. item 58.

³² SÉBASTIEN MOUREAU, (2016), *Le De anima alchimique du pseudo-Avicenne*, SISMEL / Edizioni del Galluzzo, Firenze.

en su *De mineralibus* (1254-1257)³³. De esta forma se divulgó entre los alquimistas un supuesto axioma aristotélico que en realidad es del todo espurio:

“Sciant artifices alkimie species metallorum transmutare non possunt nisi prius ipsa redigantur ad suam primam materiam”.

La atribución a Aristóteles se debe a que, alrededor del año 1200, el traductor Alfredo de Sareshel (lat. *Alfredus Anglicus*) añadió al cuarto libro *Meteorológico* aristotélico varios fragmentos del *Libro del Remedio* de Avicena³⁴.

En otros casos, los *exempla* de Alberto Magno son netamente analógicos. Por ejemplo, en *Super IV libros Sententiarum* (1243-1249) justifica la confesión del cristiano con su sacerdote, argumentando en términos filosóficos que el individuo se reduce a una especie, la especie a un género, y por consiguiente “es necesario que la multitud de las personas inferiores sea reducida al siguiente nivel de poder espiritual”. Así categoriza al sacerdote como representativo espiritualmente de todo pueblo laico, de manera que sólo él puede otorgar los sacramentos. En ese punto añade una curiosísima reflexión: “...porque si los metales se reducen (como dice el Filósofo) a su primera causa material, es necesario reducirlos a argento vivo y azufre; y el argento vivo en agua y tierra sutiles fuertemente mezcladas, y más aún en agua”³⁵:

“An sacerdoti proprio sit confitendum? et, An valeat confessio facta cuilibet sacerdoti? Secundo quaeritur, Utrum proprio sacerdoti sit confitendum? vel cuilibet sacerdoti facta confessio valeat?”

Adhuc, Quaecumque in rationum praedicabilibus reducuntur ad unum simpliciter primum, prius reducuntur in proximum sibi proprium immediatum, et non in aliud: sicut individua in speciem, species in genus subalternum, et subalterna in generalissimum: ergo ratio sic reducit, et similis fit reductio militantis Ecclesiae in gradus regentium, et oportet quod multitudo populi inferior in proximum gradum spiritualis potestatis reducatur, et per illum in superiorem, et tandem in supremum: sed proximum superiorem super populum constat esse proprium sacerdotem: ergo in omnibus sacramentis percipiendis non habebit recurrere populus nisi ad illum: ergo non ad alium.

Adhuc, hoc videmus in naturis rerum quae procedunt a suis causis. Si enim reducuntur metallica (ut dicit Philosophus) in causam materiale primam, habent reduci in argentum vivum, et sulphur, et argentum vivum in subtile aqueum et subtile terreum fortiter commixta, et hoc ulterius in aquam. Et idem est in causis efficientibus, formalibus, et finalibus. Cum ergo regimen hominum sit a natura profectum, ut dicit Tullius, talis debet esse

³³ ALBERTO MAGNO, *De mineralibus*, *Opera omnia*, t. V, p. 71: “Tamen Avicenna in «Alchimia» sua dicit quod contradictionem eorum qui in alchimis de permutatione metallorum contradixerunt, invenit: propter quod et ipse subjungit, quod non permutantur species, nisi forte in primam materiam et in materiam metallorum reducuntur, et sic juvamine artis deducantur in speciem metalli quod voluerint”.

³⁴ ALFRED OF SARESH, (1988), *Alfredi commentarius in IV libros Meteororum Aristotelis*, *Alfred of Sareshel's commentary on the Meteora of Aristotle: critical edition, introduction, and notes* by James K. Otte, Brill Academic Publishers, Leiden.

³⁵ ALBERTO MAGNO, *Super IV libros Sententiarum* (ed. Borgnet), Lib. IV, dist. 17, art. 39, p. 722.

etiam reductio regiminis in gradus proximos: ergo populus non habebit recursum ad alium, quam ad proprium sacerdotem”.

En el *Super Dionysium De Caelesti Hierarchia* (1248), Alberto intenta elucidar la teología simbólica de Dionisio Areopagita comparando sus analogías y metáforas con las de otras fuentes, entre ellas las metonímias de los alquimistas sobre los metales³⁶:

*“Quod si quoque aeris et electri lapidumque multicolorum speciem theologia caelestibus essentiis accommodat: electrum quidem, ut quod auri argentique formam prae se ferat: in auro quidem, putredinis expertem et incon sumptum minuique nescium atque inviolabilem splendorem: in argento autem lucidam, caelestemque claritatem denotat. Aeri vero, juxta rationes assignatas, vel ignis vel auri species attribuenda. Porro lapidum multicolores species, vel in quantum albae, quid lucidum; vel qua rubrae, quid igneum; vel qua flavae, quid aureum; vel qua virides, juvenile quidpiam ac vicens significare putandae sunt: atque ita secundum quamque speciem quoque mysticam. quamdam typicarum imaginum, quae ad superna revocet, reperias expositionem. Ipsa etiam aeris et electri, etc: Hic determinat de formis corporum mineralium, quorum generatio est ex vapore in terra retento, dicens: Etiam ipsa Theologia circumponit caelestibus essentiis speciem, id est, figuram aeris. Ezech.I,7: Scintillae quasi adspectus aeris candentis: et electri, quod est ex mixtione auri et argenti. Ibidem, 1, 4: De medio ejus quasi species electri. Et lapidum multicolorum. Ezech. xxviii, 13: Omnis lapis pretiosus operimentum tuum. Electrum quidem, quoniam auriforme simul, et cum hoc argenteum ex utriusque mixtione constans, significat imputribile, id est, non facile consumptibile, ut in auro, id est, quantum ad proprietatem auri, quod igne non faciliter consumitur, et purgatur, aliis consumptis, nec etiam rubigine, quamvis non aurea etiam proprie loquendo putrescunt: et hoc significat Angelorum incorruptionem. Et simul cum proprietate auri ut in argento, id est, secundum proprietatem argenti, quam etiam habet, significat largum splendorem, in quantum est album abundans non constrictum splendore, et non minutum per supereminentiam unius super alteram obscurantis eas, secundum quod per liquationem partes extenduntur in superficiem planam, et incontaminatum, secundum quod ex contactu non obscuratur ut aes, et significat claritatem apertam, per politionem, et luciformem, **secundum quod albus color maxime est similis luci in virtute, et caelestem, in quantum color argenti similis est claritati caeli: unde in alchimia argentum***

³⁶ ALBERTO MAGNO, *Super Dionysium De Caelesti Hierarchia*, en: <https://www.catholiclibrary.org> Dionisio defiende tres tipos de teología: simbólica, discursiva y mística. La primera es un modo de conocimiento intuitivo, por medio de imágenes simbólicas, que acercan al hombre conceptos o ideas divinas, indecibles o inabordables para el intelecto humano. ROSSANO ZAS FRIZ DE COL, (1997), *La Teología del Símbolo de San Buenaventura*, Editrice pontificia Università Gregoriana, Roma, pp. 101-118. HENRYK ANZULEWICZ, (2010), “Albertus Magnus über die *ars de Symbolica Theologia* des Dionysius Areopagita”, 51(3), pp. 307-343.

dicitur luna. Vel quod dictum est de splendore, referendum est ad fulgorem auri et argenti, ut supra. Autem, id est, sed Theologia significat aere, aut igneum, aut auriforme esse attribuendum Angelis, secundum traditas rationes auri et ignis, id est, proprietates: habet enim similitudinem aes cum igne, propter ruborem: et ideo potest significare proprietates utriusque”.

En su tratado *De anima* (1254-1257) encontramos una argumentación epistemológica sobre el alma humana y sus cualidades, donde Alberto discute diferentes opiniones sobre la adquisición del conocimiento en filósofos como Al-Farabi (872-950), Avempace (ca.1080-1139) y al-Rāzī (ca.865-ca.925). Según todos ellos, el intelecto material, basado en las percepciones sensibles, *esse corruptibilem et generabilem, et non esse animae rationalis partem*. Por ese motivo, estos árabes defendían que el intelecto *habet duas vires: unam humanam quam habet in quantum colligatur phantasmatis, alteram autem divinam quam habet secundum quod est vestigium intelligentiae separatae*. Así se justifican las diferencias interpretativas entre la percepción del mundo y las proposiciones metafísicas en los muchos autores clásicos. En cambio, Alberto defiende que el intelecto es uno *sic separatur lumine agentis perfectus eodem lumine, et per gradus ascendens*. También explica que razonar *secundum intellectum* es especular por deducción e inducción, y aunque no encuentre una solución positiva en muchos momentos, eso no implica que sea falso, sino que yerra, tal y como ocurre en todo proceso de aprendizaje. En ese punto del discurso pone como ejemplo a la ciencia de la alquimia, cuyos presupuestos no se cumplen generalmente en la práctica, pero no porque sea una ciencia falsaria, sino porque sus causas no han sido descubiertas, *aut propterea quod principia illius scientiae non sunt inventa*, o porque el interesado no está suficientemente experimentado en ella, *aut propter hoc quod non sumus exercitati sufficienter*³⁷:

“Et est digressio de solutionem quaestionis Avempacis et Alfarabii in quo erraverunt. Avempace autem qui tota vita sua solitus fuit solvere istam quaestionem, posuit intellectum materiale esse corruptibilem et generabilem, et non esse animae rationalis partem: quia dixit et hunc esse phantasiam secundum quod est in homine, quae conjuncta est cum cogitatione potentia, sicut superius et ante diximus. Solvebant autem istam quaestionem sicut et Alfarabius et post eum Alubachel, quod intellectus agens est natura hominis et est separatus: et ideo quando per intelligibilia perficeret operationem suam, quae est creare et facere intellectum speculationis: et tunc quasi liberatus intelligit per seipsum ea quae sunt separata. Avempace autem post hos veniens, addidit quod homo secundum intellectum habet duas vires: unam humanam quam habet in quantum colligatur phantasmatis, alteram autem divinam quam habet secundum quod est vestigium intelligentiae separatae. Per humanam intelligit concepta cum materia, per divinam autem separata. Omnes autem isti tres unam habent rationem, sed dupliciter arguunt ex illa primo quod modo uno sic. Supponunt enim quod omnia speculativa quae sunt in anima, facta sunt speculativa

³⁷ ALBERTO MAGNO, *De anima*, (ed. Borgnet), Lib. III, tract. 3, cap. 8, p. 381b.

postquam potentia facta sunt speculativa. Deinde supponunt aliam propositionem quae verissima est, quod videlicet omne factum speculativum habet quidditatem, et tertio iterum supponunt aliam veram propositionem, quod videlicet intellectus est, qui facit omnes quidditates potentia intellectas esse actu intellectas: et ex illis concludunt quod intellectus innatus est extrahere formas intellectivorum et quidditates eorum: oportet igitur quod virtutem illam habeat per naturam separatam. Hanc autem rationem etiam aliter inducunt sic. Supponunt enim primo, quod omnis quidditas suppositi et singularis cum potentia est potentia separabilis ab ipso. Secundo autem, quod quando fit actu, quod tunc facta est quidditas pura ab intellectu agente: et quaerunt quod sit speculativum, aut compositum ex quidditate et alio, aut est simpliciter quidditas, aut non est habens quidditatem, ita quod sit privatio pura. Et si dicatur quod est compositum ex quidditate et quodam alio, tunc cum ab omni composito intellectus sit aptus separare quidditatem intellectus, separat ab intellecto illo quidditatem illam: et de illa quidditate erit eadem quaestio: et ibit hoc in infinitum: et quia infinitum fugit omnis intellectus, standum est in primo intellecto, et dicendum est quod illa est quidditas pura. Si autem dat quod non esset quidditas, sed esset privatio pura, non est pura: tunc nihil esset intellectum speculatum, nulla etiam esset scientia speculativa omnino: quod falsum est. Remanet ergo quod sit separata et absoluta quidditas. Adhuc autem Alfarabius rationem inducit et sic. Supponit enim quod intellectus equi in quantum est equus sive per simplicem quidditatem ipsius non est plures intellectus, sed unicus, et similiter est de intellectu hominis, et universaliter est de omni intellectu quidditatis. Si ergo efficitur plures intellectus, oportet quod aliquid sit causa pluralitatis: hoc autem non est nisi quod dividitur et differre facit quidditatem secundum esse et numerum: et hoc non est nisi forma corporalis et individualis in phantasia vel in sensu. Quia igitur intellectus speculativus quidditatis est alius apud me, alius apud te, hoc est, quod forma imaginata in spiritu corporeo cum quo componitur quidditas intellecta, est alia apud me, et alia apud te: et sic per imaginationem componitur et conjungitur nobis intellectus speculativus qui de se universalis est, quia superius ostensum est quod intellectum secundum quod intellectum non est individuum. Cum igitur intellectus sic separatur lumine agentis perfectus eodem lumine, et per gradus ascendens conjungitur intellectui separato, et fit intellectus speculativus quasi dispositio media est conjunctionis istius: et hoc fere est idem ac si dicatur quod agens habet primo lumen debile, quod non valet nisi speculari, et valet intelligere separata: et postea acquirit lumen forte, per quod intelligit separata: et quod idem est intelligens quidditates quas a materia separatas habet, et quidditates separatorum. Sed unicuique potest de facili patere, quod haec ratio non valet, nisi nos concedamus quod unicuique sunt quidditates separatorum per se, et quidditates eorum quae separantur ab intellectu a materia in qua sunt. Si

*enim hoc esset verum, tunc ejus virtutis esset comprehendere utrosque. Si autem aequivoce, tunc nihil valet ratio inducta. Et si dicatur neque esse aequivoce, neque penitus univoce, tunc oportet etiam virtutem intellectivam variari, supposito hoc quod dixit Aristoteles in VIII Ethicorum, quod omnis cognitio est in anima secundum congruentiam cognoscentis et cogniti, nisi hoc esset verum, tunc quaelibet virtus acciperet quodcumque: et sic intellectus acciperet sensibile et alicujus sensus intelligibile, quod omnino esse non potest. Si autem quidditates darentur utrasque esse unitas, tunc adhuc multae remanerent dubitationes. Si autem dicatur intellectus possibilis esse corruptibilis, tunc quaeretur secundum praedicta qualiter corruptibile unitur incorruptibili, et quaestio est tam in possibili quam in speculativo: quia uterque ponitur corruptibilis ab Avempace. Si autem possibilis dicatur esse incorruptibilis et separatus, tunc relinquitur quod qualiter intelligit aliquid de novo: quia aliquid incorruptibile secundum substantiam non potest fieri novum secundum formam, eo quod ex materia et forma fit unum novum. Adhuc autem cum neque sit separatus, quare modo intelligit et non ante, cum per se sit uno modo quod est separatum? Adhuc relinquitur quaestio secundum istos, quare de separatis secundum se non sunt scientiae speculativae, sicut sunt de conjunctis? Si enim utrumque est in potestate nostri intellectus, tunc speculabimur de separatis per separata sicut speculamur de conjunctis. Hoc autem non est verum: quoniam si quid parum aliquando speculamur de separatis, hoc facimus per conjuncta cum materia, sicut per motum accipimus motorem: et nescimus speculari passiones substantiae ipsius, nisi quae relatae sunt ad motum et ad corpora. **Si enim est aliqua hujus causa ista, quia habemus intellectum connaturalem nobis ad talia speculanda, tunc oportet quod omnes deficiamus in scientia speculativa separatorum: aut propterea quod principia illius scientiae non sunt inventa, sicut deficiamus in alchimia: aut propter hoc quod non sumus exercitati sufficienter:** et utrumque eorum est improbable, quia talis defectus esset generalis apud omnes homines. Si autem diceret aliquis, quod aliqui habent et aliqui non habent potentiam hujus speculativi, tunc nos quia non habemus hujusmodi potentiam, aequivoce diceremur homines ad eos qui habent hujusmodi potentiam. Constat enim summam hominis potentiam esse perfectionem in contemplatione separatorum”.*

Su discurso, aunque centrado en cuestiones doctrinales de la Iglesia, está justificando indirectamente los errores prácticos de la alquimia sin desaprobársela ni oponerse a sus postulados. Alberto matiza en otras partes del *Super IV libros Sententiarum* (1243-1249) que los resultados prácticos del *artifex homo* en sus laboratorios serían dispares. Concretamente en un discurso donde compara las obras sobrenaturales, naturales y artificiales, nos dice que, apoyándose en un *intellectus practicus*, el alquimista podría confeccionar oro, pero siempre cualitativamente inferior al natural, *quia aurum*

*alchimicum non laetificat cor, nec etiam ita est productibile malleis sine scissura, sicut aurum quod producit natura*³⁸:

“Videtur enim, quod numerus abundet super ea quae exiguntur ad causandum: quia ista tria sufficiunt agenti imperfecto qui est artifex homo: ergo ad agens perfectissimum pauciora requiruntur: ergo videtur, quod ternarius iste abundet superflue.

Item, Nos videmus, quod natura perfectius agit, quam intellectus practicus: et hoc patet in operibus alchimiae: quia aurum alchimicum non laetificat cor, nec etiam ita est productibile malleis sine scissura, sicut aurum quod producit natura. Praeterea, in multis deficit ars a natura: cum igitur Deus sit perfectissimum agens, magis similis erit ejus actio potentiae naturae, quam artis: ad operationem autem naturae non requiritur nisi posse, et non scire, et velle: ergo tractatus de scientia et voluntate non pertinet ad hunc tractatum, ut videtur.

SOLUTIO. Dicendum, quod licet sint essentialia appropriabilia, tamen scientia eorum non potest determinari ex eisdem omnino principiis, ex quibus determinatur scientia aliorum: alia enim determinata sunt per relationes personarum ad invicem, vel per essentiae unitatem vel simplicitatem: haec autem habent determinari per intentionem causae: quia ista dicunt dispositiones ex quibus inclinatur ad causandum creaturam. Et si objicias, quod secundum hoc, supra debebant poni inter ea quae conveniunt ex tempore, dicendum quod non est verum: quia ista non conveniunt ex tempore, sed potius dicunt illa attributa quibus exeunt a Deo ea quae sunt ex tempore: et ita sunt ante tempus: et ea quae conveniunt ex tempore non sunt ante tempus, sed post secundum rationem intelligendi”.

Confirma Alberto su opinión en otras partes, aclarando que el alquimista trasmuta *per expoliationem proprietatum* y sus resultados *non dant formas substantiales*³⁹:

“Tertia transmutatio est per expoliationem proprietatum, et dationem aliarum per liquefactionem et cibationem et sublimationem et distillationem, quibus operantur alchimici: et hoc modo operatione satis nota fit panis, et atramentum, et hujusmodi. Et puto quod non dant formas substantiales, sicut etiam dicit Avicenna in Alchimia sua: cujus signum est: quia in talibus operatis non inveniuntur proprietates continentes speciem: unde aurum alchimicum non laetificat cor, et sapphirus alchimicus non refrigerat ardorem, neque curat arteriacam, et carbunculus alchimicus non fugat venenum vaporabile in aere. Et omnium talium experimentum est in hoc quod aurum alchimicum consumitur plus in igne quam aliud, et similiter lapides alchimici: et iterum non durant ita diu sicut naturalia illius speciei. Et hoc ideo est, quia non habent species, et ideo

³⁸ ALBERTO MAGNO, *Super IV libros Sententiarum* (ed. Borgnet), Lib. I, dist. 35, art. 3, p. 183.

³⁹ Ibid., Lib. II, dist. 7, art. 8, p. 156.

negavit eis natura virtutes quae dantur cum speciebus ad conservationem specierum”.

Cambiando totalmente de tema, encontramos en varios discursos un debate doctrinal sobre los tipos de aguas más adecuadas para el bautismo, donde Alberto plantea su disconformidad con las aguas alquímicas *ad mutanda metalla*⁴⁰:

“Item, Chrysostomus in Homilia XXVI super Joannem: "Aqua assumpta est in baptismo, genitrix ejus qui gignitur foetus: quod matrix foetui, hoc fidei aqua: in aqua enim plasmatur, et figuratur." 4. Item, Ibidem, "Primum quidem dicebatur, Educat aqua reptilia animarum viventium: ex quo autem ascendit a Jordanis rivis dominator non adhuc reptilia animarum viventium, sed animas racionales et spiritiferas aqua reddit." 5. Item, Ambrosius super Epistolam ad Romanos: "Ideo uniformiter baptismus in aqua fieri praecipitur, ut intelligatur quod sicut aqua sordes corporis ac vestes abluit, ita baptismus maculas anima sordesque vitiorum emundando abstergit." SED tunc fiunt quaestiones multae a latere. In aqua potest fieri baptismus, utrum in simplici, vel in composita? Si tantum in simplici, tunc in mari non posset: quia immixtum habet terrestre combustum, propter quod est falsum. Item, In brodio non fieret, nec in cervisia tenui, nec in medone, nec in aliis aquis mixtis. Item, Nulla aqua pluvialis, nec aliqua aqua apud nos: ergo in nulla aqua apud nos fieret baptismus, ut videtur. Quod autem omnis aqua apud nos sit mixta, probatur per hoc quod congelatur frigidus, et hoc non fieret nisi esset permixta, ut dicit Alexander Philosophus. SOLUTIO. Dicendum quod sola aqua est materia baptismi: cujus plurimae sunt causae, sed sex sufficient, quarum tres inveniuntur in Littera, quarum prima sumitur ex proprietatibus aquae: quia habet vim refrigerandi per frigidum, et ablutivam sordium per humidum: et ideo significat gratiam ablutivam maculas culpae, et refrigerantem incendium quod est in aestu fomitis et concupiscentiae: et isti sunt principales et primi effectus baptismi. Secunda sumitur ex levitate habendi: quia nulli inopum prohibetur aqua, et hoc competit sacramento generalis necessitatis. Tertia sumitur ex communitate inveniendi: quia in omni parte mundi prope invenitur ubi homines habitant, et hoc iterum competit sacramento generaliter necessario. Quarta etiam innuitur in Littera: quia aqua non vinum vel oleum fluxit de latere Salvatoris. Quinta et sexta inducuntur in auctoritatibus Chrysostomi in objectionibus, scilicet quia spiritus vivificans primo super aquas apparuit: et quia Salvator in Jordanis rivis hoc elementum tetigit, dans ei virtutem ut spiritiferas animas facere possit.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod baptismus est principium vitae novae: sed ille non est primus ejus effectus, sed potius ablutio maculae, et refrigerium fomitis, et per consequens gratia

⁴⁰ Ibid., Lib.IV, dist.3, art.4, pp. 71-72.

in virtutibus facit in anima novam vitam. Et non oportet, quod sacramentum habeat similitudinem ad omne illud quod quocumque modo causat, sed ad id quod causat substantialiter et primo, secundum quod ordinatur contra defectum peccati.

AD ALIUD dicendum, quod illuminationis quaedam proprietas relucet in aqua quantum ad naturam perspicui, et hoc sufficit ad significandum characterem: oleum autem magis ponit similitudinem ad sanitatem poenae, et ideo assumitur pro parte materiae in chrismate, ubi sit unctio contra fomitis poenam ne labatur in praeceptis, et in oleo infirmorum: sanitas autem baptismi perficitur potius per ablutionem culpae.

*AD ID quod quaeritur de diversitatibus aquarum, dico generaliter, quod si est commixtio tollens speciem elementi, et trahens ad speciem aliam, in illa aqua non potest fieri baptismus, sicut est brodium pinguium vel aliorum quod infrigidatum congelatur. **Et constat similiter, quod cervisia et urina et lixivia quaedam quae multam habet admixtionem acutorum corporum, et aquae quas faciunt Alchimistae ad mutanda metalla.** Est autem quaedam mixtio non removens proprietates aquae, quin ipsa remaneat in impetu refrigerandi, et virtute abluendi: abluendi, inquam, non dissolvendi corpus, sicut faciunt aquae acutae, ut urina, et lixivia quaedam: et in talibus potest fieri baptismus, et non impedit: unde in mari, pluviis, aquis turbidis, et aliis huiusmodi potest fieri baptismus. Et etiam si esset brodium non remotum a specie elementi, ex eo quod coctum est, in eo bene crederem posse fieri baptismum”.*

Su apostilla no es ni mucho menos anecdótica, sino que forma parte de una amplia cuestión doctrinal, ignorada por los especialistas, sobre las aguas alquímicas en el bautismo. Encontramos una expansión argumental en la sección *Baptismum requiratur aqua simplex*, dentro de la *Summa Theologiae Tertia Pars* (1270-1273) de su alumno Tomás de Aquino (1225-1274)⁴¹:

“Praeterea, aqua rosacea generatur per sublimationem a rosis, sicut etiam aquae alchimicae generantur per sublimationem ab aliquibus corporibus. Sed in his aquis, ut videtur, potest fieri Baptismus, sicut et in aquis pluvialibus, quae per sublimationem vaporum generantur. Cum igitur huiusmodi aquae non sint purae et simplices, videtur quod aqua pura et simplex non requiratur ad Baptismum.

Sed contra est quod propria materia Baptismi est aqua, ut dictum est. Sed speciem aquae non habet nisi aqua simplex. Ergo aqua pura et simplex ex necessitate requiritur ad Baptismum.

Respondeo dicendum quod aqua suam puritatem et simplicitatem potest amittere dupliciter, uno modo, per mixtionem alterius corporis; alio modo, per alterationem. Utrumque autem horum contingit fieri dupliciter, scilicet per artem, et per naturam. Ars autem deficit ab operatione naturae,

⁴¹ TOMÁS DE AQUINO, *Summa Theologiae*, IIIª q. 66 a. 4 arg. 5, en: <http://www.monumenta.ch/latein/>

quia natura dat formam substantialem, quod ars facere non potest, sed omnes formae artificiales sunt accidentales; nisi forte apponendo proprium agens ad propriam materiam, sicut ignem combustibili, per quem modum a quibusdam quaedam animalia per putrefactionem generantur. Quaecumque igitur transmutatio circa aquam facta est per artem, sive commiscendo sive alterando, non transmutatur species aquae. Unde in tali aqua potest fieri Baptismus, nisi forte aqua admisceatur per artem in tam parva quantitate alicui corpori quod compositum magis sit aliud quam aqua; sicut lutum magis est terra quam aqua, et vinum lymphatum magis est vinum quam aqua. Sed transmutatio quae fit a natura, quandoque quidem speciem aquae solvit, et hoc fit quando aqua efficitur per naturam de substantia alicuius corporis mixti; sicut aqua conversa in liquorem uvae est vinum, unde non habet speciem aquae. Aliquando autem fit per naturam transmutatio aquae sine solutione speciei, et hoc tam per alterationem, sicut patet de aqua calefacta a sole; quam etiam per mixtionem, sicut patet de aqua fluminis turbida ex permixtione terrestrium partium. Sic igitur dicendum est quod in qualibet aqua, qualitercumque transmutata, dummodo non solvatur species aquae, potest fieri Baptismus. Si autem solvatur species aquae, non potest fieri”.

El debate litúrgico tiene otros matices en la *Reportata Parisiensia* (1300-1305) de Duns Scoto (1266-1308)⁴²:

“Solummodo de ista quaestione videndum est, quae sit aqua naturalis? Ad quod dico, quod omnis aqua, quae producta est in esse naturali ab agente naturali per naturam, est aqua naturalis; multa enim humida sunt producta in esse per partem, ut puta per distillationem et ignem, auxilio naturae, quae non sunt verae aquae in specie aquae, ut elementum aquae. Possibile est tamen mixtum naturale, sive per modum naturae resolvi in elementa naturalia, et ita in aquam et ignem, ut pura sunt, activo et passivo convenienter approximatis, et hoc activo agente per media determinata secundum processum determinatum ordinatum a natura, quia non statim resolvitur mixtum in elementa actione agentis, sed oportet ipsum prius transire secundum media omnia, quae requiruntur in processu naturae ad inductionem formae elementaris, quae est finis istius processus naturae. Unde secundum Philosophum 8. Metaph. text. 14. ex aceto non fit statim et immediate vinum, sed oportet prius transire per omnia media determinata, quae sunt requisita per naturam ad formam aceti, antequam inducatur forma aceti, ut oportet prius resolvi acetum in terram, et in materiam primam, et post in vitem, et post in uvam, et sic de aliis. Unde tota natura universi non produceret unam guttam aquae de omnibus lignis universi, praetermisso isto ordine agendi per media determinata ex natura; et ideo

⁴² DUNS SCOTI, (1639), “*Reportata Parisiensia*”, en: *Opera Omnia*, Laurentii Durant, Lyon, t. XI, pp. 582-584.

mentiuntur Alchymistae, qui dicunt se producere aquam veram ex silice, ut elementum, quia non agunt per media determinata ex natura, quibus tantum, et non aliter nata est aqua naturaliter generari ex mixto, quia statim per ignem resolvunt mixtum in illum humorem, qui non est aqua in specie aquae, sed aliquis alius liquor, differens specie ab aqua. Nec etiam utuntur convenienti activo, quia non utuntur ut in pluribus, nisi igne ad omnia quae agunt secundum illam artem, qui non videtur conveniens actioni respectu generationis aquae naturalis, quia unum elementum non videtur posse producere aliud per naturam, etenim sicut sunt impermixta in esse, ita in agendo, maxime ordine naturali praetermisso. Solus ergo auctor naturae Deus, qui non ligatur ad processum et ad ordinem ejus, sed est super ipsam, quia fecit ipsam voluntarie, potest illum ordinem non observare, et ideo ipse potest solum immediate ex mixto facere aquam naturalem, sicut fecit ipsam et omnia alia elementa ex nihilo; **et ideo humor productus per artem Alchimiae, non est aqua pura, sed alius liquor, quia licet habeat aliquas qualitates similes qualitatibus aquae naturalis,** plures tamen habet dissimiles quam similes; nam quaedam sunt effective calidae, quaedam siccae, quae sunt qualitates propriae talis liquoris consequentes naturam speciei illius, quae nullo modo conveniunt cum aqua naturali, sicut dicunt medici, et bene, quod licet aliquae herbae conveniunt in multis qualitatibus, una tamen sanat a tali infirmitate, et non alia, per qualitatem sibi propriam, quae est a tota specie, id est, quae naturaliter consequitur propriam speciem illius. Ad hoc autem quod aliqua essent ejusdem speciei, oportet ea convenire in omnibus qualitatibus illius speciei, et ita patet quod aqua artificialis, ut aqua rosacea, vel aliqua alia aqua distillata, non est ejusdem speciei cum aqua naturali, quia aqua naturalis est illa quae producitur ab agente naturali, et per media determinata, et quod nullum agens naturale posset illam aliter ex mixto producere quocumque adjutorio naturae, nec adjutorio daemonum, vel aliorum Angelorum. Quod enim magi Pharaonis produxerunt ex aqua illa ranas quasi subito, et quod multa mirabilia modo fiunt praeter communem cursum et ordinem consuetum, hoc non fit miraculose, nec praeter processum naturae, quia omnes Daemones Inferni non facerent unum miraculum; sed hoc fit secundum determinatum ordinem naturae jungendo convenientia activa passivis citius quam aliqua creatura inferior faceret. Ipsi enim ditati naturalibus suis eo pervenerunt ut intelligerent per quae activa possunt tales effectus produci, et ideo jungendo illa illis, effectus evenit naturalis, et ita Daemones jungendo aquis aliquibus propria activa respectu ranarum fiendarum, statim faciebant illa ranas ex aquis naturaliter, et non virtute propria nisi isto modo”.

La discusión llega hasta el siglo XV, según leemos en Dionisio Cartujano (1402-1471), que intenta fijar si eran lícitos los destilados de aguas perfumadas para bautizar⁴³:

“De his etiam scribit in tertia parte, quaestione sexagesima sexta, et addit: Aqua suam puritatem et simplicitatem amittere potest dupliciter: primo, per commixtionem alterius corporis; secundo, per alterationem. Quorum utrumque contingit dupliciter, utpote per artem et per naturam. Ars vero deficit ab operatione naturae, quia natura dat formam substantialem, ars accidentalem, quamvis applicando activa et passiva ad invicem, dispositive cooperetur ad substantialis formae productionem. Quaecumque ergo transmutatione circa aquam facta per artem commiscendo seu alterando, non transmutatur species aquae. Ideo in tali fieri valet Baptismus: nisi forte aqua misceatur per artem in quantitate tam parva alicui corpori, quod compositum magis sit aliud quam aqua. sicut lutum magis est terra quam aqua, et vinum lymphatum magis est vinum quam aqua. Transmutatio vero quae fit a natura, interdum speciem solvit aquae: sicut dum aqua fit de substantia corporis mixti. Aliquando autem fit per naturam transmutatio aquae sine suae naturae specificae dissolutione, ut patet de aqua calefacta a sole. Et in qualibet aqua qualitercumque transmutata sine suae naturae corruptione, Baptismus fieri valet, non in aliis. Admixtio autem chrismatis non solvit speciem aquae Porro, si ex luto aut alio ingrossato et inspissato exprimatur aqua subtilis, fieri potest in ea Baptismus; consimiliter in lixivio et aquis sulfureis, quia non incorporantur corporibus mixtis, sed solum alterationem quamdam sortiuntur transeundo per corpora quaedam. Aqua vero rosacea est liquor rosae resolutus: idcirco in ea fieri uequit Baptismus, quemadmodum nec in aquis alchimicis; sed in pluvialibus aquis, quoniam nullam proprietatem retinent alicujus corporis mixti: quod de aquis rosaceis et alchimicis dici non potest [...] Videtur quod imo de aqua rosacea, quae non est quid mixtum, quoniam omne mixtum est grossius quaecumque aqua naturali. Aqua autem rosacea non est grossior aqua qualibet naturali. In oppositum est quod quarto Meteororum ait Philosophus: Sciant artifices alchimite, species rerum vere permutari non posse. Ergo de re quae est alterius speciei ab aqua, non potest fieri species aquae. Dicendum, quod nulla artificialis aqua est Baptismi materia, quia in aqua naturali dumtaxat instituit eum Christus. Nec aqua rosacea est veri nominis aqua. Nempe ut tertio libro loquitur Damascenus, natura rei per propriam cognoscitur actionem. Naturalis autem actio aquae rosaceae alia est a naturali actione aquee verae ac naturalis, quoniam naturalis aqua etiam effective est humida; aqua vero rosacea cor pus exsiccat et constringit, et in sapore

⁴³ DYONISII CARTUSIANI, (1904), “In libros sententiarum: Liber IV, Dis. 1-23”, en: *Opera Omnia*, t. 24, p. 112. De este teólogo y predicador tenemos publicada su obra completa, incluidos sus sermones. Son 148 escritos distribuidos en 44 volúmenes. Revisando sus contenidos también he encontrado *exempla* alquímicos y mineralógicos, que darían para un estudio independiente.

ac odore ab aqua distinguitur naturali; sua quoque frigiditas ac perspicuitas alterius modi sunt quam perspicuitas et frigiditas aquae naturalis, quamvis hoc non semper sensu percipiatur. Est etiam composita ex quatuor elementis, et in substantia grossior est quacumque aqua naturali, si haec separata exstiterit ab omnibus partibus cujuslibet alterius elementi, quamvis propter admixtionem suam cum terreis partibus sit in aliqua parte sua grossior quam aqua rosacea. Haec Richardus. Albertus demum praedictis consentit, eo quod de lixivio dictum est, dempto. In aqua (inquiens) mixta ubi solvitur species aquae, fieri nequit Baptismus, sicut est brodium pinguium vel aliorum, quod infrigidatum congelatur. Et constat, quod cervisia et urina, et lixivia quaedam quae multam habet admixtionem corporum acutorum, et aquae quas faciunt alchimistae ad mutanda metalla, hujusmodi sunt”.

Alberto Magno llega a extender el debate a la eucaristía, cuando discute en su *De corpore domini* (1274) sobre la conveniencia o no de utilizar aguas alquímicas en lugar de vino. Algunos opinaban, según dice él, que su naturaleza sutil y medicinal se aproximaría más a la sangre de Cristo. Alberto sostiene que el vino es más adecuado, por ser lo que Jesús utilizó y *est materia quod ex significatione naturali*⁴⁴:

